

47

ITaq; considera quē admodū eos q̄ ad officia ecclesie accedunt despicientiā rerū humanarū habere deceat. Si ergo mortui estis cum cristo ab elementis hui⁹ mundi quid adhuc velut viuētes de hoc mundo decernitis. Ne tetigeritis. ne attraminaueritis. ne gustaueritis que sunt omnia ad corruptelam ip̄o vsu. Et infra. Si ergo confurrexistis cum xp̄o. q̄ sursum sunt querite. Et iterū. Mortificate ergo membra v̄stra que sunt sup̄ terram. Et hec quidem adhuc omnibus fidelib⁹. Tibi autem fili contemptum diuiciarū profanarū p̄sonarum q̄ a anilium fabularū suadet declinacōnem nichil p̄mittens nisi qd̄ te exercet ad pietatem Quia corporalis exercitatio nulli rei vsus est. pietas autem ad omnia vtilis. Exercet ergo te pietas ad iusticiam continentiam mansuetudinē vt fugias iuuenilia opera confirmatus ⁊ radicatus in gracia. Bonum fidei subeas certamen. Non te implices negocijs secularib⁹ qm̄ deo militas Et enim si hñ qui impatori militant suscepcionibus litū. actu negotiorū forensium vendicōne mercū phibentur humanis legib⁹. quāto magis qui fidei exercet miliciam ab omi vsu negociacōnis abstinere debet. agelluli sui cōtentus fructib⁹ si habet. si non habet stipendiorū suorū fructu. Si quidē bon⁹ testis est. q̄ dicat Iuuenis